

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...**

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,  
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,  
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...  
exhibens

**Carpzov, Benedict**

**Witteberga, 1670**

Qvaestio XXXV.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](#)

84 Licer autem Heig. dict. quest. 34. num. 44. re-  
gerat, *Iulium Clar.* ibidem non nisi de consue-  
tudine locali seu provinciali in certo loco Italiae  
obtentâ testari illud tamen eiusdem verbis re-  
pugnat, quæ generalia sunt, & absque dubio de  
cōuetudine generali loquuntur, de qua etiam  
testantur *Foller. Peregrin. Nicol. Reusner. & Vir-*  
*gil. Pingitz. ad locis.*

85 Quinimò, secundum Doctrinam *Iul. Clar.*  
heredes, nimirum non vindicantes necem oc-  
cisi, per id sese hereditate eius indignos non  
reddere *Scabinos Lipsenses* saepius, atque ante  
plurimos annos pronunciasse, eamque in pro-  
nunciando etiamnum sequi, appetet ex corun-  
dem sententiis, quæ non modò in Electorali  
Aulâ confirmatae & approbatæ fuere, sed &  
consuetudinem in hisce terris introduxerunt,  
teste *Henr. Gôden. Consil. 74. num. 6. vers. prout*  
*Scabini Lipsenses. Matth. Coler. part. 1. decis. 59 n.*  
*21. Jacob. Schult. ad Modest. Pistor. part. 3. quæst.*

86 122. n. 59.

Ita respondendum ad consultationem *Henrici à*  
*Schönbergk:* Ist C. von N. am 22. Decembr.  
des abgewichenen Jahres von 1. A. von VV. durch eis  
liche Stiche dermassen verwundet worden / daher  
bald hernach davon gestorben / und es hat bemeldes  
N. Vater euch als dem Gerichtsherren des Orts /  
solche That Ambos und Obrigkeit wegen zu vindici-  
ren / und den peinlichen Procesz zu vollführen überge-  
ben / und anheim gesetzt / darneben auch dasjenige  
was sein Sohn an Kleidung / etlicher weniger Bahrs-  
schafft / und anderer Fahrnuss hinter sich verlassen /  
abgesordert &c. So send er Ihme jego berührtes seines  
Sohnes Verlassenschaft / euers darwider gethanen  
fürwendens ungeachtet / folgen zu lassen / und den  
peinlichen Procesz von Obrigkeit und Gerichtswes-  
gen zu vollführen schuldig / B. R. W.

Mense Maio, Anno 1606.

87

It: ver/wi: Görlchen. ad requisitionem heredum  
*Augustini Naumanns* Ist euer Ehemann und  
Vater vor 14. Tagen von P. K. so nunmehr flüchtig  
ohne gegebene Ursach mit einem Stecken entlebet  
worden. Do ihr nun dessen vindication euren Ge-  
richtsherren / als welchen die Obergerichte justän-  
dig anheim stellen würdet / &c. So were der Ge-  
richtsherren wider den flüchtigen Thäter gehörlichen  
zu procediren schuldig / und Ihr hättert euch dadurch/  
gedachtes euers entlebten Ehemanns und Vaters  
Erb schafft nicht verlustig gemacht B. R. W.

Mense August. Anno 1622.

88

Similiter pronunciarunt ad requisitionem *Catherina Eunzens* zu Detrandt. Mense Maio,  
Anno 1598.

An Rath zu Döbeln. Mens. Ian. An. 1602.

Ad consultationem *Christophori Theodorici à*  
*Eichenhain*. Mens. April. Anno 1625.

Ad requisitionem *Iohan. Gottmanns* zu Plauē

Mense Julio, Anno 1625.

Ad consultationem *H. B. à D. Mens. Octobr.*

Anno 1618.

Nec quicquam incommodi per id Reipubli- 89  
cæ ac Magistratui infertur, ad cuius officium a-  
lias spectat, omnibusmodis providere, ut cri-  
mina vindicentur, & santes ē medio tollantur,  
ac pœnas promeritas luant. Quinimò longè  
consultius est Reipublicæ, per viam inquisitio-  
nis summarie, & sublato ( quod dicitur ) velo  
absque longo litis fuscamente adversus Reum  
procedi, quam per processum ordinariū, mul-  
tas ambages ac circuitiones invehi, quibus ſe-  
pè numero pœna delictorum negliguntur. Ni-  
col. Reusner. lib. 1. decis. 24. n. 32.

Nisi quis fisci incommodum urgere velit, ex 90  
quo sumptus atque expensæ suppeditantur, ju-  
dici ex officio procedenti, quas in processu or-  
dinario hæredes necem occisi vindicantes ipſi-  
met impendere tenentur. Hoc fisci onus ut a-  
liquo modo sublevetur, existimo, in casu, quo  
heredes mortem interfæcti non ulciscentes o-  
pulentram & lucrosam acquirunt hereditatem,  
ex ea sumptus fisco restituendas esse.

Quemadmodum sapienti pronunciarunt Scabini.  
Ob nun wohl des Entlebten Wittib und Erben/ 91  
ihres Ehemannes und Vattern Todt zu vindicieren  
nicht gemeinet / sondern dasselbe der Obrigkeit des  
Orts anheim gesetzt / &c. So haben sie sich doch  
der Erbschafft dadurch nicht verlustig gemacht / Sie  
seyn aber gleichwohl weil euern Bericht nach der Ent-  
lebte eines siemlichen Vermögens gewesen / die Ge-  
richts und andere Unkosten / so in dieser Sachen uff  
gewendet werden müssen / uff vorgehende liquidation  
und Ermäßigung zufeststellen schuldig / B. R. W.  
An M. Job. Gottsmann zu Plauen. Mens. Julio,  
Anno 1651.

Ad consultationem Praefeti Rochlicensis: Wile. 92  
woldest Entlebten Wittib und Erben der vindica-  
tion ihre Mannes und Vattern Todes sich nicht an-  
gemasset / sondern dieselbe dem Ambe übergeben: So  
haben sie sich doch dadurch des Entlebten Erbschafft  
nicht verlustig gemacht / Es werden aber gleichwohl  
die auf diesen Procesz gewendete Unkosten auf vor-  
hergehende liquidation und Ermäßigung von seibiger  
Erbschafft billig entrichtet und abgestattet B. R.  
W. Mense Decembr. Anno 1630.

Similiter fuit pronunciatum ad requisitionem  
*Iohan. Clemens* zu Neichenbach. Mens. Jun.  
Anno 1625.

Senatus Ilmenburgensis, Mens. Octobr. Anno

1627.

Ad requisitionem *Christophori Theodorici à*  
*Eichenhain*. Mens. April. Anno 1625.

VVilhelmi Theodorici à Thumshirn zu Crim.

mischau. M. August. Anno 1629.

## Q VÆ S T I O    XXXV.

### De Crimine frætæ pacis publicæ, eiusque pœna.

#### S V M M A R I A.

1. Nil aquæ ad Principes pertinet, quam studium concordie.
2. Constitutio de pace publica ab Imper. & Statibn Imperii in Comitiss promulgata.
3. Quare Constitutio hac strictè servanda sit. numer. 4.
5. Vnde originem habuerit, & qualiam fuisse Ganerbina. n. 6. 7.

S. Panæ

8. Pena fracte pacis publica est Bannum Imperiale.  
 9. Insuper & alia pene adversus violatores, pacis publica sunt prodita n. 11.  
 10. Inter hanc referenda quoque est pena gladii.  
 11. Crimen fracte pacis grave & atrox est.  
 12. Non omnis vis publica in crimen fracte pacis includit.  
 13. Requisita criminis fracte pacis quanam. num. 10. 29.  
 14. Armorum appellatione quenam veniant.  
 15. Maior vis quenam dicatur.  
 16. Quot personae ad fractionem pacis publicae requirantur. n. 19.  
 17. In crimine fracte pacis probatur dolus ex circumstantiis & indicis.  
 18. Vbi vis committitur, dolus adesse presumitur.  
 19. Constitutio Imperij de fracta pace periret etiam ad homines privatos.  
 20. Constitutio fracte pacis loquuntur generaliter.

**C**um nihil æquè ad Principes pertineat, quam studium concordiae, e. i. de prohib. feind. alienat. quos in Republica esse oportet, quod oculus in corpore, quod in animo ratio, haud immerito iaduigilare debent sollicitè, ut pax ubique sarta, tecta conservetur. Andr. Gail. de pac. publ. lib. 1. cap. 1. n. 3.

**I**deoque Divæ & felicissimæ recordationis Imp. Maximilianus I. Anno 1495. VVormatiæ, & Anno 1500. Augustæ: Carolus V. Anno 1521. VVormatiæ, Anno 1522. Noribergæ, Anno 1548. & 1551. Augustæ: Ferdinandus I. Anno 1555. Augustæ, Anno 1557. Ratisbonæ, & Anno 1559. Augustæ: Nec non subsequens Imp. consentientibus Statibus & Ordinibus Imperii, saluberrimam & planè necessariam de Pace publicâ Constitutionem (Auff den Eandfrieden) promulgarunt, eamque in diversis Imperii conventibus & Comitiis subsequentibus sub incudem revocant, quâ pacem publicam armatâ manu violare, teverissimè prohibuerunt, & in violatores penas acerbissimas constituerunt. Eamque constitutionem pacis publicæ se constanter servaturus esse, Imperatores electi ad gubernationem Imperii, in Capitulatione Electoribus sanctissimè promittunt, ut videre est apud Schleidan. lib. 1. Melch. Goldast. in Reichssätzung. part. 1. sub Anno 1575. Georg. Scabin. de Elect. & Coronat. Carol. V. Casp. Ens. in libell. de elect. & inaugur. Reg. Roman. cap. 1.

**N**e sine ratione Constitutio haec strictè servanda, & in violatores pacis publicæ severissimè animadvertisendum est, cum per eos publica tranquillitas & trauilla libertas ländatur. Andr. Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 1. num. 3. Equidem quoniam illi, qui adversus aliquos iustas se causas habere putabant, inimicitias denunciare & lites armis finire solebant. Dass das Faust- und Kolbenrecht im Schwanz giengel Phil. Comin. lib. 10. de reb. gest. Ludovic XI. circa fin. De quo more Nicol. Cusanus, inquit, Per vallisimum diffidationum modum, honorem in salvare

25. Sententia Scabinorum Lipsiensium n. 26. 27.  
 26. Conatus huins criminis punitur pœna ordinaria.  
 27. Sententia Scabinorum Lipsiensium.  
 28. Varius modis crimen fracte pacis committitur.  
 29. Ex hac constitutione puniuntur etiam adiuns effractores & expugnatores. n. 32.  
 30. Sententia Scabinorum Lipsiensium. n. 34.  
 31. Quanam si pœna expugnationis adiuns, quando hoc non incidit in crimen fracte pacis. n. 36. 37.  
 32. Responsa Scabinorum Lipsiensium.  
 33. Num effractores Carceris erimus fracte pacis committant.  
 34. Eximens aliquem è carcere, an teneatur eadem pœna qua puniendu erat carceratus. n. 41. 42.  
 35. Quid juris in foro Saxonico. n. 45.  
 36. Pax non refert quoad punitionem effractorum, an carceris fuerit condemnatio, nec ne.  
 37. Sententia Scabinorum Lipsiensium.

putant, & vi post diffidationem intimatam ex quacunque confusa, aut nulla causa qualibet unquam raptæ, palam aut occulte, licet credunt possideri, etiam si bona Ecclesia, aut Clericorum auferantur contra omnes leges & iura &c. Et paulò post: Error maximus & manifestus, qui recenter in Alemania partibus, prob dolor! inolevit, per quem DEVIS offenditur, pax publica & omnis status turbatur, lib. 3. de concord. cathol. cap. 31. Et Petr. de Andlo. Eò res, prob dolor! redacta est, inquit, ut non modo vi oppressus, vix judicem, ad quen recurrat, inventat, sed & tum post longos laborum circuitus vix tandem judicatum obtinere contigerit, deficit tamen plerumque, qui res iudicatas executioni demandare aut velit, aut possit. Hinc jam patria continuus diffidationibus exagitatur, hinc jam tela volant, furibunda sparguntur faces, hinc armorum, arcuum sonat fragor, & injuriosus mucro omnia & omnia prosternit, &c. de Rom. Imp. lib. 2. cap. 16.

Quæ res etiam introduxit Ganerbium; Cum enim passim itinera erant minus secura & Latrones in arcibus apud sui generis homines latitabant, alii, quibus virtutis potius, quam Rapinae studium carum erat, confecerunt sibi arces munitas in quibus cum familiis suis, & rebus preciosioribus ab aliorum invasionibus violentiæ ruti essent, sibique certas leges constituerunt. Rittershus. 1. part. feud. 17. pag. 257. Et hi vocabantur Ganerbii, Dic Gan Erben quasi (gemine Erben) Paupermeist. lib. 2. de juri dicit. Imper. cap. 6. numer. 68. De quibus Jus Saxonum ita loquitur: Bürger oder Burgher man heissen die Gan Erben und Edelleute/ so vor Alter unter einem Burgherren auf einer Burg gewohnet haben / da si denn die Burghürgere genannt worden. Item alibi: Burglehen heissen solche Lehen / da ihr viel Edelleute oder Gan Erben / wie mans icho nennet / in oder Burg oder Schloß zusammen haben Lehen und Lehenrechte/ von Fürsten und Herren / denen die Burg zugehört / Matz. Stephan. de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. membr. 3.

Horum-

7 Horumque potentia aucta, cuperunt Generi-  
bii alios opprimere, quorum tamen improbi-  
tas & malitia publicis Imperii Constitutioni-  
bus coercita est. W ormatæ Anno 1495 1521.  
& Augustæ 1548. Schonborn. lib. 2. polit. cap. 13.  
Matth. Stephan. dict. cap. 7. membr. 3. numer. 7.  
Ventur. de Valent. in Partibus. litig. lib. 2. cap. 2.  
numer. 13.

8 Sed hæc omnia hodiè sunt sublata pace pu-  
blicâ, cuiusque pœna constituta, quæ est præcri-  
ptionis seu Banni Imperialis, quæ pœna pacem  
publicam armata manu violentibus irrogatur,  
dass derselben Leib und Geth allermännlich er-  
laubet sey / und niemand daran freveln oder ver-  
handelen könne oder möge! Ordinat. Camer. part.  
2. tit. 8. Recess. Imper. Wormat. sub Carolo V. An-  
no 1521. tit. Die Pœn aller Friedbrecher: Augst.  
Anno 1548. 5. Ferner zu noch mehr beständiger  
Erhaltung Landfrieden. Sub Carolo V. zu Aug-  
spurgk. Anno 1548. tit. Die Pœn der Friedbre-  
cher. De quâ pœna tractat plenissimè Andr.  
Gail. de pace publ.

9 Præter pœnam Banni, adhuc alia pœna pe-  
cuniaria, nimis 200. Marcarum auri puri, ut  
& perditio privilegiorum ab Imperatore con-  
cessorum, aduersus violatores pacis publicæ de-  
finita est in *Constit. pac. publ. fol. 3.* Quinimò jure  
Pandectarum & Codicis tit. ad Leg. Jul. de vi  
publ. & in aliis constitutionibus adhuc variaz  
pœnæ aduersus fractores pacis publicæ prodi-  
cta sunt, quibus omnibus illi tenentur, *Ordin.*  
*Camer. part. 2. tit. 9. vers. So jemandt/ in verb.*  
unser unnd des Reichs Achts / sambt andern  
Pœnen Gefallen seyn. &c. Quas pœnas con-  
iunctim & divisim Actor petere potest, dict. tit.  
9. vers. Wir wollen / ibi: dass alsdann zu der vor-  
gewaltigten beschädigten / oder entseßten Will-  
len und Gefallen stehen sol / den Thäter unnd  
Landfriedbrecher uss die Pœn der Rechten / und  
des Keysерlichen Landfriedens / oder derer eine  
Insonderheit zu klagen &c. Mynsing. cent. 5. obser-  
vat. 78. n. 4.

10 In arbitrio igitur actoris est, an super Constitu-  
tione pacis fracta Reum convenire, & om-  
nis pœnas simul, vel unicam tantummodo, ut  
Bannum Imperiale, aliamve pœnam, utputa  
gladii, aduersus eum decernendam petere revilit:  
Violatores enim pacis publicæ, si deprehēdan-  
tur, gladio puniti extra dubium est. l. fin. ff. de re  
militar. *Constit. de pac. tenend. tit. 27. F. 2. Re-*  
*cess. August. sub. Imper. Ferdinando I. Anno 1555.*  
5. Wir sezen / ordnen / vers. Wo sie in Gefäng-  
niß kommen / *Ordin. Crim. Carol. artic. 128. &*  
192. ubi Matth. Stephan. Ordin. Provincial. Sa-  
xon. Elector. pag. 66. in verb. In die höchste Land-  
acht gesallen / und Leibes und Lebens vorlustig  
seyn / also dass sich niemand an ihnen sol mögen  
vergreissen / sondern wenn sie gefänglichen ein-  
bricht / so sollen sie mit dem Schwert gerichtet  
werden. Et pag. 67. in verb. Als öffentliche des  
Heiligen De:chs: und ihrer Liebden / Landfried-  
brecher mit dem Schwert vom Leben zum Tode  
sollen gestrafft werden &c. Artic. 13. in verb. Die  
den Friede brechen / und in Ehebrecherey be-  
griffen werden/ denen soll man allen die Hämper

abschlagen / lib. 2. Landrecht. *Constit. Elektor. 13.*  
part. 4. in pr. Dan. Moller. num. 5 Andr. Gail.  
dict. lib. 1. de pac. publ. cap. 1. num. 9. Dom. Arum.  
ad Aur. Bull. diff. 6. lib. 16. Eaque pœna commu-  
niter presertim iudice ex officio procedente,  
decerni solet.

Tam variae autem pœnæ contra violatores II  
pacis publicæ propterea constitutæ sunt, ut re-  
primatur multorum ad quodvis scelus perpe-  
trandum audacia prompta, quorum mensis è  
malis publicis est, qui non iure & iudicio, sed vi  
armatâ nihil pensi habentes suum reposcunt, l.  
extat. ff. de eo quod met. caus. si quis in tantam. C.  
unde vi. qui denique ruptis debite & iuratae fi-  
delitatis habenis, adverlus Romanum Imperi-  
um hostili animo armati insurgere non erubesc-  
unt. Horum perversa audacia metu Constitu-  
tionis pacis publicæ coercetur, ut hoc pacto tu-  
ta sit inter improbos innocentia, & in ipsis im-  
probis, formidato supplicio, refrenetur auda-  
cia & nocendi facultas. c. 1. c. facta sunt. dist. 4.  
And. Gail. dict. cap. 1. n. 7. & 8.

Nec est, quod vis publicæ aut fractæ pacis 12  
crimen multis verbis exaggeretur, quod quām  
sit grave & atrox, res ipsa loquitur, siquidem  
publicam & armatam vim qui facit, universam  
Rempublicam oppugnare censetur *VVesemb.*  
in pandect. sub tit. de vi publ. num. 1. & ad tit. de vi  
& vi armata. num. 6. Nicol. Reusner. lib. 4. decis.  
17. num. 15 Atrox igitur crimen atroces easque  
varias pœnas meretur.

Priusquam verò una vel altera ex pœnis pre- 13  
dictis decernatur, certo constare debet, Pacem  
publicam fractam esse. Non enim vis publica  
omnis fracta pax est, licet è contrario, omnis  
facta pax sit vis publica, quia editum seu Con-  
stitutio pacis publicæ non ad omnem, sed ad  
atrocem vim pertinet. Etsanè in tit. ff. & C. ad  
Leg. Jul. de vi publ. multæ species vis publicæ  
recensentur, quæ tamen ad Constitutionem  
ruptæ pacis non pertinent, sed aliis ac mitiori-  
bus penis coercentur. Andr. Gail. lib. 1. de pac.  
publ. cap. 7. n. 19. Dec. in c. at si Clerici in pr. nu. 6.  
de judic. per. gloss. in can. meliore 27. quest. 1. Bartol.  
in l. 6. in pr. ff. de accusat. Hieron. de Monte var.  
jur. quæst. 19. n. 30. & seqq. Nuol. Reusn. dict. decis.  
17. n. 7.

Ideoque, ut actio ex Constitutione Pacis pu 14  
blica ob pacem violatam utiliter competit, ad  
requisita maxim operè respiciendum est, quæ in  
crimine fractæ pacis concurrere oportet; Quo-  
rum sunt tria: Primum est, ut vis sit publica ar-  
mata. Recess. Imper. de An. 1548. Augst. in pr. Con-  
stit. pacis publicæ, ibi: Mit gewehrter Hand! &c.  
Armata enim vis dicitur publica respectu pri-  
vatæ, quia usu & exercitio armorum privatis  
hominibus Lege Iulia interdictum erat. l. 1. ff.  
ad L. Jul. de vi publ. Et nulli prorsus, inscio atque  
inconsulto Principe, quorumlibet armorum  
movendorum copia tribuebatur. l. un. C. ut arm.  
us. in se. Princip. interd. lib. 11. Petr. Frider. Mindan.  
de process. lib. 1. cap. 23. Nicol. Reusn lib. 4. decis. 17.  
n. 12. Andr. Gail. lib. 1. de pac. publ. cap 7. n. 4.

Armorum autem appellatione non tantum 15  
veniunt scuta, gladii, tela, iacula, tormen-  
tatum

- ta cum fulmine tonitruantia, sed etiam fustes, lapides, spatae, & quidquid nocere potest. l.3. §. artmis. ff. de vi & vi armat. L armorum. 41. & l. si calumniatur 233. §. telum. ubi Alciat. ff. de Verb. signif. l.9. l.11. ff. de vi publ. Mindan. dict. cap. 23.
- 16 Seundo, ad fractionem pacis publicæ non sufficit, ut vis sit publica armata, sed ea etiam major esse debet, & talis, cui resisti vix possit. l.1. §. hoc interdictum ff. de vi & vi armat. l.2. & l. seq. ff. quod met. caus. l. ex conducto. 15. §. l.1. si merces. 25. §. vis maior. 6. l. si fundus. 33. in fin. ff. locati. Itemque innuunt verba Constit. pacis publicæ: Mit gewaltiger That. Recess. Imper. VVormac. de Anno 1495. Anno 1521 August. Anno 1548. & 1555. Nicol. Reusner dict. decis. 17. n.12. Petr. Frider. Mindan. dict. cap. 23.
- 17 Major autem vis dicitur, quæ collectis & coadunatis ad nocendum hominibus fit, l.2. in pr. Et in §. homines, ff. de vi bon. raptor. l.3. cum l. seq. ff. ad Leg. Int. de vi publ. l. qui catus l. qui dolo. 10. §. bac. leg. cum. l. seq. ff. eod. sit. & tot. fend. de pace tenend. Recess. Imper. Ratisb. de Anno 1594. §. Also ist auch. Sive cum turba, quam plures efficiunt, l. Prator. at. 4. §. turbam. 3 ff. de vi bon. raptor. l. de testatio. §. unicu. ff. de verb. significat. Andr. Gail. lib. 1. defact. publ. cap. 7. num. 24. Mindan. dict. cap. 23. Dan. Moller. ad Constit. Elec. 13. num. 5. part. 4.
- 18 Quia verò sèpè in dubium apud Dominos Camerales vocatum est, quot personæ ad fractionem pacis publicæ requirantur, posterioribus Anni 1594. Comitiis Ratisb. in arbitrio judicantis id relinquendum esse, sancitum reperitur in §. Ebener massen ist man bisshero in dem Zweifel gestanden / durch wie viel Personen der Landsfriede geschwäche könne werden / in deme wir diese Verordnung thun/ daß solches zu des Richters discretion gestelle seyn s. ll. welcher sich aus den Umständen der erzählten vnd erwiesen Gewalthat / auch der Worten/ Verstand vnd disposition, der aufgekündigten Landsfriedens/ vnd gemeiner beschriebenen Rechten jederzeit zu informiren / vnd in Erkenntung oder Verweigerung der proceſs darnach zu richten wissen wird &c.
- 19 Nam & duo, imd unus publicam pacem violare potest, unde etiam ad Cameram & pœnam banni vocandus, modò sit immediate sub Imperio. Unus enim & alter mediati coram ordinario conveniendi & puniendi sunt. Id quod innuit d. §. Ebener massen. Christ. Leibfried. apud Goldast. in Polit. Imper. part. 30. Mindan. dict. cap. 23.
- 20 Tertium requisitum ad fundandam super frata pace jurisdictionem, est dolus malus, hoc est, ut vis publica, quam armata manu & collectis hominibus fieri dixi, proficiatur ex vero dolo, atroce malitia, ex proposito & destinata offendendi voluntate, præcedente & communicato consilio, de industria & data opera, juxta verba Constit. pacis publicæ (fürsätzlich / gefährlich vnd freventlich.) Quemadmodum ea sic explicat Mindan. dict. c. 23. ex l. qui catus. 5. l. qui dolo malo. 10. ff. de vi publ. l. 3. l. 5. ff. quod met. caus. l. 2. §. dolo autem malo ff. vi bon. raptor. Andr. Gail. lib.
1. de pac. publ. cap. 7. n. 6. Nicol. Reusner. lib. 4. decis. 17. num. 13.
- Ad probandum verò dolum in causa fractæ pacis sufficit, si ex facti circumstantiis & perspicuis indiciis is appareat. Recess. Imper. Ratisb. de Anno 1594. §. Ebener massen in verb. Ob gleich Constitutio fractæ pacis verum dolum erfordere / daß es doch gnug / sintemahl solcher dolus in mente delinquentis beruhet / vnd derowegen schwerlich direkte zu probiren, dieselbe auf den Umständen der That/ Handlung/ex perspicuis indiciis, & evidencia ipsius facti könne vnd möge erwiesen werden/ als da vis publica, coadunatio hominum, incendium, hostilis invasio territorii alieni vorhanden/ &c. Et postea: So lassen wir vns solch Bedencken unsers Cammergerichts wol gefallen/ vnd wollen/wann die narrata mit allen vorerzählten Umständen / vff welche die proceſs seyn aufgebracht/ durch den Kläger/ wie sich gebühret/ gnug samb erwiesen/ vnd auf denselben verus dolus circumstantiis, perspicuis indiciis, seu evidencia facti ist dargethan / daß alsdann zu ersättigung der Pönen des Landsfriedens möchte geschritten werden.
- Nam & generaliter, ubicunque vis aut violencia committitur, ibi dolus presumitur; veluti si quis cum armis ad locum aliquem, in quo vis alicui facta est, aut etiam cum turba accessit, l.3. §. 5. ff. de vi & vi armat. l.2. §. doli mali mentio. ff. de vi bon. raptor. Qui enim rei illicite operam dat, ipso facto censetur esse in dolo manifesto. l. si ex plagi. §. tabernarius ff. ad leg. Aquil. l. si non convi- tu C. de injur. Gloss. & Dd. m. l. dolum. 6. C. de dolo. Andr. Gail. dict. cap. 7. Nicol. Reusner. dict. decis. 17. n. 21. Myns. cent. 3. obser. 98.
- Et hæc sunt requisita criminis fractæ pacis, quibus concurrentibus de qualitate ipsius criminis ulterius dubitandum non est, arg. l. si quis ita stipulatus fuerit decem. 129. ff. de verb. obligat. Dec. consil. 177. num. 1. Quod & procedit, si à privatis hominibus prædicto modo pax publica violetur.
- Non solum enim Constitutio Imperii de fra- 23  
cta pace ad Principes & Ordines Imperii perti- Q. 1. An net, sed & ad homines privatos, qui si dolo ma- Constitu-  
lo, coactis & coadunatis hominibus pluribus tio Imperii  
vim publicam alicui inferant, æquè super con- de fractæ  
stitutione pacis fractæ conveniri possunt. Christ. ca ad pri-  
Leibfried. dict. loco apud Gold. part. 30. Nicol. Reus-  
ner. dict. decis. 17. n. 17. Andr. Gail. dict. cap. 7. n. 14. que homi-  
Pet. Frider. Mindan. de process. Cam. lib. 1. cap. 22. nos pertie-  
seit. 3. vers. verum quia.
- Nam Constitutio pacis fractæ generaliter lo- 24  
quitur: Niemand von was Würden/ Standes/  
oder Wesens der sey/ &c. Et lex sua natura gene-  
ralis est. l. 1. ff. de legib. l. 3. §. Divis. ff. de septib.  
violat. Panorm. in rubr. de const. num. 2. Præter-  
ea quoque mentionem facit expreſſe subditorum aut conjunctorum. Mindan. dict. loco. E-  
amque sic explicat Constitut. Elec. 13. part. 4. ubi  
Dan. Moller. numer. 5. Reusner dict. decis. 17. nu-  
mer. 17.
- Quemadmodum in hanc sententiam à Scabinis 25  
Lip. pronunciatum fuisse, refert Reusner. decis.  
17. n. 15. Ob ihr nun gleich hernach darüber mit

- einander zu Werck kommen / zugleich vff einander los gedrucket / vnd er Euch mit einer Kugel durch den Schenkel geschossen / So hat er dennoch wohl fug derowegen/dass ihr ihn auff freyer Kaiserlichen Landstrassen / erstlich nach dem Maul / vnd als ihr sein geschleit / hernach mit einer Büchse auff ein Arm geschlagen / und er folgends die Büchse wider an euch los geschossen / euch peinlichen auff den Kaiserlichen Landfrieden zubellagen / *B. R. W.*
- 26** Similiter pronuntiatur ad consultationem *F. à K.* Hat *H. à B.* zu *R. am 4. Maii* dieses 95. Jahres / als ihr von *H.* gereiset / auff freyer Landstrassen ohn Gevehr mi zehen Verlohn zu Rose auff euch gehalten / euch unverschens überfallen / an ewren Ehren angegriffen / vnd geschmechet / auch zwingen wollen / dass ihr die Haust von euch geben sollet / mit Nöthen geschlagen / euliche Schösser auff euch gethan / vnd endlich mit dem einen durch den rechten Arm oben bei der Achsel dergestalt beschädiget / dass ihr für tote uff dem Platze liegen bleibet / innassen denn solches die eydlich abgehörte Zungen mehrerer theils aufgesaget / ic. So hat ob bemalter *H. à B.* seine Diener vnd Helfer / wegen solcher gewaltamen Landbrüchigen That / Leibvond Lebē verwürcket / dero wegen werden sie / wann sie zuhaften bracht / mit dem Schwert vom Leben zum Tode blith gestrafft / *B. R. W.* *Mens. Aug. Anno 1595.*
- 27** *I.*: Ob gleich beyde Gefangene *D. à B.* vnd *D. C.* nicht gesändig seyn woden / dass von ihnen der Schuss in Leists Hauss / davon er durch den Arm vnd sein schwanger Weib tot geschossen worden / geschehen / dieweil sie aber dennoch alle beyde gefanden / dass sie bey nächstlicher Zeit vnd mit gewarneter hand für Leists Hauss kommen / vnd ihn darinnen vorgeswägit / ic. So werden sie beyde von wegen solcher geübten vnd befandenen öffentlichen Gewalt / vnd darbei beschehen Beschädigung vnd Mordthat / vngeschachet / welcher unter ihnen den Schuss vollbracht / wofern sie vff vorberührten ihrem Beläden nochmals für peinlichem Gerichte freiwillig verharren / mit dem Schwert vom Leben zum Tode blith gestrafft / *B. R. W.* An Kürstliche Bischoffliche verordnete Landler vnd Nähe zu Werde / *Mens. Decembr. Anno 1594.*
- 28** Nec refert in crimine fractæ pacis publicæ ; an ingens damnum actori sit illatum , necne ; sufficit enim ad poenam irrogandam ob violatam publicam pacem , invadentem cum armis , & coadunatis hominibus venisse , licet actualis operatio & usus armorum non fuerit subsecutus . *13. §. qui a mati. 5. ff. de vi & vi armat. Petr. Frider. Mindan. de process. Camer. l. lib. 1. cap. 23. sect. 2.* Id quod etiam probatur ex *Constit. Eccl. 13. part. 4.* ubi poena gladii prodita est in eos , qui in sylvis aut agris juxta itinera publica se occultant , eo animo , ut viatores occidunt , vel aliud quipiam in eos comittant , quod in poenam fractæ pacis publicæ incidat , licet nihil adhuc commissum , nec detrimentum fuerit illum .
- 29** *Quemadmodum etiam à Scabinis fuit responsum :* So mag *T. O.* von wegen solcher Verbündniß vnd darauff vorgenommenen Vorweglagerung vnd Vorrüstung / ob gleich hieraus kein Schade noch Angrifferfolget / wofern er vff seinem gethanen Beläden vor öffentlichen gehegten peinlichen Hals / Gerichte freiwillig verharren / oder des sonst wie recht überwiesen würde / mit dem Schwert vom Leben zum Tode gestrafft werden / *B. R. W.* Ad consultationem *Petri Wintersteins zu Eddington. Mens. Jun. Anno 1596.*
- 30** Variis autem modis crimen fractæ pacis publicæ committitur : non solum in personam & corpus alicujus , sed etiam adversus ejusdem bo-

na & possessionem . *Petr. Frider. Mindan. lib. 1. de process. Camer. cap. 24.* Modi enim , quibus violari potest Pax publica , multifarii recensentur in tit. *ff. ad leg. Int. de vi publ. veluti turbæ , seditionis & causa in armis homines habere , villas domos , arces oppugnare , effringere , expugnare , expilare , bona ripere , alterum domo & possessione vel quasi deicere , resuâ uti prohibere . cum turbâ & concurru incendium facere , hominem per vni rapere , Legatos pulsare , nova vctigalia in iussu Principis extuere , & similia alia . Super quibus ex Constitutione fractæ pacis , si juxta prædicta tria requisita qualificata sint , recte agi posse , vix dubium est . *Q. od & hand obscurè liquet ex ipsa Constitutione Pacis publicæ , quæ modos ejusmodi aliquot recenset , in verbis .* So einer den andern oder die sien engenthänger weise bekrieget / beraubet / schädigt / überziehet / beschadet / mit plündern / rauben / brünen morden / beschädiget / der possession will entsezzen / so einer des andern Unterthanen in seiner Obrigkeit ungejaget / sichervnd frey nicht wandern oder ziehen lassen &c. *Jac. Menoch de arbitr. jud. quæst. cas. 394. n. 7. & seqq. Petr. Thiod in Colleg. Crim. diss. 6. lib. 7. lit. II. Mindan. d. Eo loco.**

Ex quibus manifestè appetat , ob violatam pacem publicam ex constitutione imperii fractæ *Q. 2. An ex Constitutione imperii fractæ pacis puniendo esse eos , qui coadunatis hominibus , vi majori atque armata , doloso ac hosti animo in alterius ædes irrumptunt , eas expugnat , effringunt , recte sedesque convellunt , & obvia quæque deponunt & auferunt .*

Præterquam enim , quod violato : es eiusmodi *adversi fractores* devastingando ædes & lares familiare turbado , vim publica frangant , insuper & alios homines temerarios ad ejusmodi tumultus excitat , & sic dupliciti modo pacis violent , adeoq; hosce crimen fractæ pacis publicæ committere , ejusque poenam incurre : proflus dubitandum non est .

*Veluti etiam in casu tali , quo L. p. s. ad salutem suis civis vi hostili & armata expugnata , devastata , & s. o. r. a. t. e. fuerunt Scabini Reu. seu violatoriis pacis publicæ poen. m. gladii diu. dare no. dubitaverunt .* Da sie nun vff solchem ihrem gethanen Beläden vor Gerichte freiwillig verharren / oder des sonst wie recht überwiesen würden . So möchten erwähnte vier Gefangene wegen solches begangenen vnd beläden gewaltamen öffentlichen Einfalls / geübten Frevels / vnd plündern / als Friedbrecher mit dem Schwert vom Leben zum Tode gestrafft werden / *B. R. W.* Ad consultationem *Pratoris Lipsiensis , Mens. Febr. Anno 1530.*

*In similiferè ca' u. d. clavimus ; enam gladii vi- latoris pacis publicæ ad requisitionem Questoris Leisnicensis in hunc modum :* So möchte ic von wegen solcher seiner Verbrechung / geübten Gewalts that vnd Plündering / weil er insonderheit die Leute nebe vnd Luchmacher Wünsche zu stürmen auffrischen helfen / nach schärfe der Rechte mit dem Schwert vom Leben zum Tode gestrafft werden . Es wolte dann die Churfürstin zu Sachsen vnd Burggräfin zu Magdeburg / ic. vnserre Gnädigste Frau / ihme wenn er unterthänig darumb bitten würde / in Ansehung dazher in der tortur erhalten / dass er die Häuser selbst nicht stürmen helfen / vnd eine gute zeit gefänglichen enthalten werden / Gnad er zeigen / dass ihm die zuerst die Todesstraff Gnädigst erlassen / off solchen Fall würde er allein zur Stauen geschlagen / vnd des Landes ewig verweichen / *B. R. W.* *Mens. Oktobr. Anno 1622.*

*In hac*

In hac ipsa sententia alii, qui auxilium & opem  
Reo fractæ pacis præstiterat fustigatio, aliisq;  
duobus perpetua relegatio fuit adjudicata.

35 Ethoc absq; dubio verum est, quando ex-  
pugnatio & spoliatio ædium ut crimen fractæ  
pacis publicæ consideratur, quo casu quoque  
ad pœnam Banni Imperialis adversus Reum  
agi potest. Quod si verò judex Reum non ut  
violatorem pacis publicæ, sed ut Prædonem seu  
Raptorem punire malit, nequaquam à verò  
aberrabit. Nam & de aliis criminibus, ut in-  
cendio, novis vectigalibus &c. ex certis legibus  
agitur, cum tamen ea modò secundum requisita  
fractæ pacis sint qualificata ad vim publicam  
quoque referri queant. Nihil enim prohibet  
quenquam pluribus legibus teneri, & pro veri-  
tate qualitatum, crimen dijudicari, quemadmo-  
dum vis publica & fracta pax reliquum scelus ex-  
asperat, *Wesemb.* in parat. ff. de us publ. num. 3.  
*Petr. Frider. Mindan.* de process. Camer. lib. 1.  
cap. 24. sect. 4.

36 Idq; eò magis procedit, si spoliatio seu de-  
roboratio ædium ita non sit qualificata, ut pro  
crimine fractæ pacis, juxta Constitutionem Im-  
perialem de pace publica, haberi ac dijudicari  
queat; veluti si nec armis nec vi majori aut ho-  
stili, sed animo rapiendi ac deroborandi fuerit  
perpetrata.

37 Hoc igitur casu deprædatores ac spoliato-  
res ædium gladio puniendi, ac postmodum eo-  
rundem cadavera Rotæ imponenda sunt. Quà  
pœna in hisce terris prædones seu Raptore, die  
Strassenräuber / affici solent. Neque enim  
differentia inter hosce & illos constituenda est,  
cum parum referat, an rapina in via publica, aut  
ædibus fuerit perpetrata. Non minus enim,  
imò multò magis quis in domo suā, quæ cujus-  
vis tutissimum receptaculum est, quam in via  
tùm ratione persona, tùm ratione bonorum su-  
orum securus esse debet, l. plerique. 18. ff. de jus  
vocando. *Vid. Nicol. Reußner.* lib. 2. decif. 16. Ma-  
xini cum Ordin. Crim. Carol. art. 126. & Jus  
Saxon. art. 13. lib. 2. Landrecht / omnes raptó-  
res, absque distinctione in quonam loco deli-  
ctum fuerit commissum, gladio puniri velit.

38 Ideoq; sapientis in casu depredationis ac spoliatio-  
nis adium violenta, Regum capite plectendum,  
ac postea cadaver Rotæ imponendum esse, pro-  
nunciavimus; Ad consultationem Questoris  
zu Freyburg/ Mense Novembr. Anno 1623.  
Iudicis & Scabinorum zu Freyburg / Mens.  
Januar. Anno 1625.  
Ad requisitionem Questoris in Lauterstein /  
Mens. Mayo, Anno 1624.  
Senatus in Oderan/ Mens. Mayo, Anno 1626.  
Senatus Quedelburgensis, Mens. Febr. Anno  
1628.

39 Qu. 3.  
Num ef-  
fractores  
Carcere  
crimes  
fracta pa-  
ci publica  
commis-  
sione?

Simili modo crimen fractæ pacis publicæ  
committunt, ejusque pœnam incurunt ii, qui  
coactis & coadunatis hominibus vi hostili &  
armatâ carceres effringunt, & carceratos ex  
carcere eximunt & abducunt, vel per effractionem  
carceris efficiunt, ut carcerati aufugiant.

Licet & hi effractores carceratos è carcere 40  
eximentes, eadem pœna, qua puniendi erant  
carcerati pro delicto, pro quo detinebantur, af-  
fici posint, Bartol. in l. sed & si eximenti. s.  
item si quis, in fin. n. 4 ff. ne quis cum, qui in ius  
vocat. Iason. in l. i. §. quod Prætor, n. 12 ff. cod. ist.  
Jacob. Menoch. de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cent. 3.  
cas. 301. n. 20. Marth. Coler part. 1. decif. 166. nu. 3.

Quamvis enim idipsum ex l. i. C. de his qui 41  
latrones, quem textum Bartol. Iason. & Menoch.  
pro confirmanda hac sententia allegant, meo  
judicio nequaquam probetur, ut quæ non de  
effractoribus carcerum, aut eximentibus car-  
ceratos loquitur, sed solum de his, qui occul-  
tant delinquentes, quod & Rubrica tit. in-  
nuit.

Quinimò, Receptatores delinquentium 42  
arbitraria pœna afficiendos esse, ex d. l. i. pro-  
bare conatur idem Menoch. lib. 2. de arbitr. ju-  
dic. quæst. casu 148. num. 2. & seqq. Anton. Gomez.  
variar. resolut. tom. 3. cap. 3. num. 50. Hippol. de  
Marsil. consil. 30. num. 7. & seqq. Unde & alii exi-  
stiment, eximentes carceratos tantummodo ar-  
bitrarie, non autem eodem supplicio cum exem-  
pto puniri debere, Angel. de Aretin. in tract. ma-  
lef. verb. famili. publ. vers. secundo quero. num. 55.  
Prosper. Farin. in præz. crim. quæst. 30. num. 93.  
Ne scilicet liberans carceratum detentum pro  
levissimo crimen, pro pugnis, pro ludo &c.  
pœna pro ejusmodi delicto leviori constituta  
plectatur, qui tamen supplicium longè gravius  
promeritus fuisset, Far. dict. loco. n. 93.

Attamen de Jure Saxonico res videtur es-  
se clara propter textum in artic. 9. §. Welcher  
Mann lib. 3. Landrecht qui eximentem & violenter  
deducentem Reum, contra quem de crimi-  
ne aliquo actio in judicio proposita est, simili  
pœna plecti vult, in verb. Welcher Mann einen  
Beklagten umb ungerichte gewaltiglichen dem  
Gerichte entführer wird er gefangen mit gerufft/  
er sol gleiche Pein jenem leden, &c. idq; sic pra-  
cticari, & tam à Lipsensibus, quam Jenensibus  
ita fuisse pronuntiatum testatur Marth. Coler.  
dict. decif. 166. n. 4.

Nec refert, an Reus ex carcere liberatus 44  
fuerit condemnatus nec non ; cum effractor  
puniri debeat eā pœna, quia puniendus erat car-  
ceratus fugiens non inspecto fine, sed sola accu-  
latione & imputatione considerata, dict. art. 9.  
in verb. Emen beflagten. adeoque sufficit, si car-  
ceratus sit accusatus, licet nondum condemnatus.  
Et certè reprimenda est hominum effra-  
ctorum audacia, quæ eandem pœnam meretur,  
sive carceratus exterritus condemnatus fuerit,  
nec non. Quinimò, si nondum condemnatus  
evalisset, & probationes criminis deficerent, se-  
queretur, effractorem hoc casu nullam prorsus  
pœnam pati debere, quod absurdum est. Vid.  
Menoch. dict. cas. 301. n. 21.

In arbitrio igitur judicis est, an effractores 45  
carceris secundum constitutionem pacis publi-  
cae pœna gladii, an vero juxta dispositionem Ju-  
ris Saxonici eodem supplicio quo incarceratus  
probato criminis plecti debuisse, punire velit,  
perinde ut de ædium expugnatione & spoliatio-  
ne antea dictum est.

Secundum hac dictavimus pœnam gladii Reo  
enidam, qui unacum aliis, vi armata atque  
hostili carcerem effringendo, duos præcedones  
liberaverat, in hunc modum: Hat D.B. bendes  
in guten so wohl in scharffer frage belandt und ge-  
standen / dafier die hiebevor zu Eckartsberge im  
Schloß daselbst gesangene two Straßräuber  
mit seinen andern Gesellen los machen hiffen / in  
dem er vff vorgehend Unterredung und vertröste  
Vorehrung nach Eckartsberge vor das Schloß mit  
gewandert / und als dasselbe erfliegen und eröffnet  
worden / Er nebst den andern mit hineingangen/  
vor die Wächter mit Wehren und Waffen getret-  
ten / sie zu rücke halten und wehren hiffen / damit  
dieselbe ihre Anwesenheit und Löshmachtung der Ge-  
fangenen mit geschrey oder andern nicht lundbar

machen könnten / immittelst hette der eine die beide  
Gefangene mit Löshmachtung der Vorlege-Schlößer  
vor den Gefängniss Thüren / auch mit Abschlagung  
der Ketten und Fessel / daran sie geschlossen gewesen/  
los gewickelt Ge. Do nun der Gefangene D.B. vff  
solchem seinem gehanen Belätniß vor öffentlichen  
gehegten peinlichen Hafsigkeiten freiwillig verhar-  
ren / oder des: sonst wie recht überwiesen würde / so  
möchte er von wegen solcher seiner begangenen und  
bekandten Misshandlung mit dem Schwert vom  
Leben zum Tode gerichtet und gestrafft werden  
B.R.W. Adquisitionem G. à N. & Qua-  
storis in Eckartsberga, Mens. Decembr. An-  
no 1623.  
Et in casu simili, Ad eosdem, Mens. April. An-  
no 1624.

## QUÆSTIO XXXVI.

An præter Imperatorem & Cameram (cesaream, Status quoque  
Imperii turbatores pacis publicæ in Bannum  
declarare possint?

## S U M M A R I A.

1. Violatores pacis publicæ variis subjiciuntur pœnis.
2. Inter quas pœnas præcipua est Bannum Imperij.
3. An solus Imperator & Camera Caesar. vel etiam Status Imper. violatores pacis publicæ in Bannum declarare queant.
4. Civitates Imperiales sunt etiam Status Imperii, & sessuram ac jus votandi in Comitiis habent.
5. Opinio negativa, pro solo Imperatore & Camera Imperiali.
6. Referuntur argumenta huius opinionis, num. 7. 8. 9. 10.
11. Verior est sententia affirmativa, n. 12. 24.
13. Referuntur fundamenta hujus sententie, num. 15. 16.
14. Concesso consequenti, antecedens quoque intellectus sententia concessum.
17. Sententiam latam ab uno judice alter judex requisitus exequi tenetur,
18. Responsiones ad argumenta contraria, num. 19. 20. 21.
22. Explicatio art. 24. lib. 3. Landrecht. & Glossar. 71. lib. 1. Landrecht.
23. Intellectus l. fin. ff. de jurisdict.
25. Sententia Scabinorum Lipsiensium.
26. Num violatoribus pacis publicæ salvus conductus debeat concedi, n. 27. 28. 30. 31.
29. Nemo Reus existimatur priusquam per sententiam declaretur.
32. Restrigitur decisio ad salvum conductum communem sive generalem.
33. Sententia Scabinorum Lipsiensium.

1. Violatores pacis publicæ variis subjici pœnis, dictum questione præcedenti, & probatur hoc ex Ordin. Crim. part. 2. tit. 9. vers. So jemandg / in verb. Unser und des Reichs Achts sambt andern Poenen gefallen seyn &c. Et vers. Wir wollen / in verb. den Thäter und Landfriedbrecher vff die Poen der Rechten / und des Käyserlichen Landfriedens sambtlich oder derer eine insonderheit zuflagen &c. Mynsing. cent. 5. obseruat. 78. n. 4.
2. Inter hasce pœnas præcipua est Bannum Imperii, in quod violatores aut turbatores pacis publicæ ipso facto incident, & proinde una cum vita omnia quoque bona amittunt, ut ex Recessibus Conventuum Imperii, primum Wormatiæ, Anno 1521. deinde Augustæ, Anno 1548. & 1555. habitorum, & subsequentibus aliquot, ut & ex Ordinat. Judicij Cameræ Imperialis part. 2. cap. 9. constat, ad quod tamen sententia declaratoria requiritur, qua præcedat, necesse est, Andr. Gail. lib. 2. de pace publ. cap. 5. Modest. Pistor. consil. 34. n. 35. & consil. 39. n. 4. lib. 1.

Sed, an solus Imperator Romanus & Cameræ Imperialis in pœnam istam Banni Imperialis <sup>3.</sup> quem incidiſſe, per sententiam declarare possit, an verò Statibus Imperii, utputa Elektoribus, Principibus, Comitibus ac Baronibus, vel etiam Civitatibus Imperii Liberis, ( Has enim æquè Status Imperii, & Imperio non minus ac Principes, <sup>4.</sup> Prælatos & Comites incorporatas esse, sessuram atque jus votandi in Comitiis habere, ex Recessibus Imperii notissimum est, Rutger. Ruland. de commission. lib. 5. cap. 4. n. 41. Andr. Gail. lib. 2. obseruat. 57. n. 9. Dom. Arum. ad Aur. Bull. pref. pag. 18. loach. Cluten. in syllog. rer. quotidian. concl. 27. Aut. Des aufführlichen Berichts / wie es vff Reichstagen pfleget gehalten zu verden. fol. 18. Warenum. ab Erenberg. defæder. lib. 2. cap. 1. n. 35. & seqq. Aut. Anon. de Stat. Polit. seu Civil. lib. 4. cap. 42. Anon. ICtus Westphal. de Iur. Princip. concil. 87. Hem. Bruning. de var. univers. specieb. concl. 18.) hec quoq; facultas & licentia competrat? dubitari potest.

Solum etenim Imperatorem, aut ejus loco Cameram Imperii in causâ fractæ pacis publicæ Negativa,